



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

9. Episcopus familiarem ordinans, conferat statim ei beneficium re ipsa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

*Episcopus familiarem ordinans, conferat statim ei beneficium re ipsa*

## C A P V T I X.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Episcopus titularis non potest pretextu cuiuscunque familiaritatis quemquam ordinare.
- 3 Cardinales Presbyteri Tonsuram ceterosque minores Ordines suis familiaribus conferunt.
- 4 Familiaris qui dicatur.
- 5 Vicarius Papa quos ordinare valeat.
- 6 Familiaris ad hunc effectum ille dicitur, qui cum Episcopo fuerit commoratus, & praesens inseruierit.
- 7 Magister actorum curiae Episcopalis potest ut familiaris ab Episcopo ordinari.
- 8 Triennium requiritur continuum.
- 9 Et sufficit ut inceperit antequam fuisset Episcopus.
- 10 Episcopus ordinare potest familiarem suum trien-

*nalem aliis habilem, conferendo ei statim re ipsa beneficium quacunque fraude cessante.*

- 11 Habet locum etiam in prima Tonsura, & minoribus Ordinibus.
- 12 Episcopus ordinare non potest suum familiarem, cui non contulit beneficium ex eo quod aliud possidebat in aliena diocesi.
- 13 Pensionis ad titulum quando possit Episcopus ordinare familiarem suum.
- 14 Patrimonij ad titulum quando possint ordinari familiares Episcoporum triennales.
- 15 Dimissoria ritè, & rectè concedi possunt ab Ordinario beneficij.
- 16 Episcopus super interstitijs, seu illegitimitate dispensare non potest cum familiari suo triennali.

**E**piscopus & familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium, quacunque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat, consuetudine quacunque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

**V**ide Nauarr. *conf.* 10. aliàs 2. & *conf.* 24. aliàs 11 & *conf.* 72. aliàs 12 & *conf.* 28. aliàs 13. *sub tit. de tempor. ordinat.* Sayr. *in floribus decis.* sub eodem tit. *decis.* 12. 26. 28. & 29. Maiol. *de irregul. lib.* 4. c. 2. num. 5. Iacob. de Graff. *in decis. aureis* p. 2. lib. 3. cap. 12. nu. 7. Salzed. ad Bernard. *in practica* c. 26. *vers. tertius casus*, Henric. *in summ.* lib. 10. cap. 12. §. 1. Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib.* 4. *quest.* 2. num. 91. Fr. Emman. *in summ. tom.* 2. cap. 14. num. 10. Quarant. *in summ. Bullarij. verb. Ordo. vers. limita in eo*, Soar. *de censur. disp.* 51. *sect.* 2. num. 1. 5. Auila *in simili tract. part.* 3. *disp.* 6. *dub.* 7. pag. 233. Sayr. *cod. tract. lib.* 7. cap. 10. *vers.* 30. Petr. de Ledetma *in summ. part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Sacrament. Ordinis, cap. 5. *concl.* 9. *vers. est no.* Zerol. *in praxi Episcop.* p. 1. *verb. dimissoria* pag. 106. & *part.* 2. *verb. Ordo* §. 5. pag. 78. Piafec. *in simili praxi* p. 1. cap. 1. num. 3. pag. 31. Franc. Leon. *in thesaur. fori Eccl. part.* 1. cap. 4. num. 23. Vgolin. *de officio Episcopi* cap. 26. §. 4. Marc. Anton. Genuent. *in pract. Archiep.* Neapol. cap. 81. num. 3. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarrae lib.* 1. tit. 18. l. 7. *de Episcopis* à num. 33. & nu. 46. *cum seqq.* Thom. Valasc. *alleg. turis tom.* 1. *alleg.* 5. num. 2. Aloyf. Ricc. *in praxi verum fori Eccl. decis.* 307. *cum seqq.* in 1. edit. aliàs *resol.* 266. *cum seqq.* in 2. edit. & *in decis. curiae Archiep.* Neapol. *decis.* 283. p. 2. Martin. Fornar. *de sacrament. Ordinis* c. 5. *ad fin.* Valer. Reginal. *in praxi fori poenitent.* lib. 32. num. 69. Cened. *pract. & canon. quest. lib.* 1. *quest.* 38. à num. 29. Campan. *in diuersor. iuris canonici rub.* 9. c. 9. Garc. *de benefic.* p. 2. c. 5. num. 80. *cum seqq.* Raguc. *in lucerna Parochor. tit. de sacrament. Ordinis quest.* 18. Venero *in examine Episcop.* lib. 1. c. 11. num. 8. Narbona l. 3. §. gloss. 1. num. 28. *cum seqq.* tit. 3. lib. 1. *novus recop. Bonacin. de Sacram. disp.* 8. *quest.* unica *puncto* 4. num. 15. *cum seqq.* & nouissime *de suspensionibus omnibus in particulari. disp.* 7. *quest.* 1. *puncto* 11. à num. 8. Alzed. *in pract.* Episcop. p. 2. c. 5. *de ordinat.* num. 32. *cum seqq.* metipsum *de officio*, & potest. Episcopi p. 2. *alleg.* 5. Mollet. *in summa Theolog. moralis tract.* 2. cap. 2. num. 8. Homobon. *de Bonis de examine Eccl. part.* 1. cap. 1. *quest.* 5. *in fine*, Nouar. *in singularibus Canon. concl.* 103. Bartholom. Gauant. *in manuali Episcoporum verb. familiaris* à num. 1. latè Marchin. *de sacrament. Ordinis tract.* 1. *part.* 5. cap. 9. Cardof. *in praxi iudicium. verb. sacramentum Ordinis* num. 16. Alphons. Narbona l. 3. §. gloss. 1. n. 26. *cum seqq.* tit. 3. li. 1. *Recopil. Sanch. in opuscul. moralibus lib.* 7. c. 1. *dub.* 20. n. 20. *cum seqq.* Torreblanca *in pract. 1. iuris spirit. lib.* 2. cap. 13. num. 13. *cum seqq.* Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Ordine discip.* 17. *prope fin.*

a Episcopus.] Non tamen titularis, quem quidem pretextu cuiuscunque familiaritatis, aut continuè commensalitatibus sue, aliquem abque proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissionis ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promouere non posse probat Concil. supra *sess.* 14. *de reform. cap.* 2. num. 4. vbi plures citauit Doctores.

Cardinales Presbyteros Tonsuram, ceterosque minores Ordines suis familiaribus conferre posse asserunt Martin. Lauden. *in tract. de Cardin.* 20. Iacobat. *in tract. de Concil. lib.* 1. *art.* 12. *vers. item Cardinalibus*, Maiol. *de irregul. lib.* 4. cap. 20. num. 8. Ego ipse *alleg.* 5. num. 19. *Sel. in selectis canonic.* c. 19. num. 3. attestans sic fuisse decimum *sub die* 22. Ianuarij 1602. dum ibi fuit resolutum Cardinales suis familiaribus triennalibus dimissionibus ad Ordines suscipiendos concedere posse, tamen illis nec antè, nec statim postea conferat beneficium.

Vicarium Sanctissimi posse familiares, seu officiales Papæ, ac familiares Cardinalium (etsi Cardinales habitassent Romæ) ac etiam Episcoporum in Curia residentium, qui saltem per triennium habitauerint in Vrbe de licentia ipsorum promoueri, dum tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, & alia à iure requisita testatur decimum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarrae lib.* 1. tit. 18. l. 7. *de Episcopis in declarat.* num. 49. quem refero *alleg.* 5. num. vti.

β Familiarem suum.] Familiaris ut quis dicatur necesse est ut fuerit destinatus ad aliquod seruitium certum, requiriturque mens, & dens, Rot. *in Hispanen. portionis* 2. *May* 1614. *coram bona mem. Andrea*, *impresa decis.* 184. p. 1. *recent.* vbi num. 2. & 3. censuit familiaritatem cessare vbi-  
cunque familiaris fuit licentiatus, & demissus, & num. 9. quod familiaris potest esse quis, licet non comedat in tinello, vti puta quia recipit portionem in pecunia, vel eā habeat extra domum, refero Ego ipse *alleg.* 5. num. 20. vbi à num. 2. ostendo quomodo probetur familiaritas.

Familiaris ad effectum, de quo in præfenti, illum dici, qui cum Episcopo fuerit commoratus, & praesens inseruierit, non tamen illum, qui abest, etsi sumptibus Episcopi vixerit, tenent Salzed. *cap.* 26. *vers. tertius casus*, Maiol. *lib.* 4. cap. 2. num. 5. Borgat. *de irregul. quest.* 27. num. 13. Fr. Emman. *in summ. tom.* 2. cap. 14. num. 10. Vgolin. *de* §. 4. Piafec. *de cap.* 1. num. 1. pag. 31. Prosper *de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bullarij. verb. Ordo. vers. limita in*



60. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decif. 307. in 1. edit. alias resolut. 266. num. 2. & resol. 267. num. 2. in fine in 2. edit. Bonacin. d. disp. 8. quest. vnic. puncto 4. num. 18. nouissime D. Felician. de Veg. in resol. ad e. cum contingat num. 28. de foro comp. Ego ipse d. alleg. 5. num. 6. idem Aloyf. Ricc. par. 2. decif. 283. a num. 2. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. nu. 21. Greg. XV. & ibi Beltramin. decif. 166. Vnde etiam familiares, vel famuli familiarium Episcopi, qui expensis Episcopi aluntur, dicuntur familiares Episcopi, & fruuntur privilegio, de quo in hoc decreto; ita Sanch. d. 10. 2. lib. 7. c. 1. dub. 20. num. 24. Diana resol. moral. part. 4. tract. 4. resol. 145. Marchin. d. tract. 1. part. 5. cap. 9. num. vlt.
7. Magistrum actorem curiae Episcopalis posse vt familiarem ab Episcopo ordinari, tenet Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccles. resol. 471. in 2. edit. & p. 3. collect. 596. vers. amplius quarto, vbi citat. Stephan. Gratian. Marchie decif. 233. faciunt quae Martin. Antonin. variar. resolut. libro 1. resol. 75.
8. *γ Nisi per triennium.* Continuum scilicet, vt per Campan. d. rub. 9. cap. 9. num. 1. 2. Nauar. in singul. canon. concl. 303. num. 3. Marchin. d. c. 9. num. 2. Bonacin. d. 9. 1. num. 7. vers. tertia. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decif. 308. in 1. edit. alias resolut. 267. in 2. edit. vbi numero 2. asserit quod verbis Episcopi asserentis quem esse familiarem non creditur, refero Ego ipse dicit. allegat. 5. numero 9. & 10.
9. Et sufficere quod huiusmodi triennium incœperit antequam fuisset Episcopus, referunt decifum Aloyf. Ricc. d. collect. 596. vers. amplius quinto, & in d. praxi rerum fori Eccles. decif. 309. in 1. edit. alias resolut. 268. in 2. edit. Nicol. Garc. d. c. 5. num. 83. Narbona d. l. 3. gloss. 1. num. 28. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Ordo pag. 194. col. 2. Bonacin. de suspensionibus in particulari disp. 3. quest. 1. puncto 11. num. 9. Marchin. d. cap. 9. num. 3. Mareel. Vulpe d. c. 7. num. 19. Ego ipse d. alleg. 5. num. 8.
10. *δ Et beneficium quacunque fraude cessante, &c.* Episcopum ordinare posse familiarem suum triennale alias habilem conferendo ei statim re ipsa beneficium quacunque fraude cessante, tenent, decifumque referunt Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quest. 2. num. 92. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. dimissorias ad Ordines §. 1. & part. 2. verb. Ordo, vers. quinto dubitatur, Rot. decif. 222. apud Farin. in 1. collect. nouiss. alias p. 4. diuers. Armendar. d. l. 7. de Episcop. num. 45. & 51. Nicol. Garc. d. part. 2. cap. 5. num. 85. Ego ipse d. alleg. 5. nu. 11. Vgolin. d. §. 4. vbi dicit statim, seu paulo post Episcopum debere beneficium conferre, si enim ante conferret, ratione beneficij conferendi potestatem haberet, & non ratione triennij, Sanch. d. dub. 20. num. 25. Diana d. resol. 145. vers. notandum, vnde post Paris. de resign. benefic. lib. 4. q. 2. nu. 92. dicit decifum Aloyf. Ricc. p. 2. decif. 291. a num. 1. Episcopum non satisfacere decreto Concilij, qui ordinauit, & post lapsos vndecim menses contulit beneficium, & Molfes. d. c. 2. nu. 9. tenet collationem factam beneficij post sex menses non dici factam secundum mentem Concilij.
11. Et habere locum etiam in prima Tonsura, & minori-

bus Ordinibus, ita vt illos familiari suo trienniali conferre non possit, nisi illi statim beneficium conferat, referunt Nauar. consil. 24. in antiq. alias 11. in nouis sub tit. de tempor. ordinat. Sayr. in floribus decif. sub eod. tit. decif. 26. Rot. decif. 731. part. 1. diuers. Fr. Emanu. d. c. 14. num. 10. Zerol. d. verb. ordo vers. quinto dubitatur, post med. Cened. canon. quest. lib. 1. q. 38. num. 30. vers. quod decretum, Bonacin. de suspensionibus in particulari disp. 3. q. 1. puncto 11. sub n. 9. Alzed. d. cap. 5. de ordination. num. 33. Garc. d. part. 2. cap. 5. num. 84. Narbona d. l. 3. gloss. 1. num. 31.

Episcopum ordinare non posse suam familiarem cui non contulit beneficium, ex eo, quia beneficium possidebat in aliena diœcesi, tenet Sel. d. c. 19. nu. 17. attestans sic fuisse decifum sub die 22. Aprilis 1617.

Pensionis ad titulum posse Episcopum ordinare familiarem suum si pro necessitate, vel vtilitate suarum Ecclesiarum iudicat ordinandum, referunt decifum Garc. d. c. 5. num. 81. Armendar. d. lib. 7. de Episcop. num. 46. & lib. 1. tit. 8. de patrim. cleric. num. 20. Bonacin. d. puncto 11. num. 11. Alzed. d. c. 5. num. 86.

Patrimonij ad titulum posse ordinari familiares Episcoporum triennales pro necessitate, & commoditate Ecclesiarum, dummodo adscribatur Ecclesijs, pro quarum necessitate sunt ordinati, referunt decifum Garc. d. c. 5. num. 81. & 82. Armendar. d. l. 7. de Episcopis num. 47. Ego ipse d. alleg. 5. num. 12.

Dimissoria rite, & recte concedi possunt ab Ordinario beneficij, cap. fin. de temporibus ordin. lib. 6. Nec obstat Concilium praesenti, quia loquitur de non subditis, sed ratione beneficij sibi collati efficitur quis subditus, refert decifum Garc. in addit. ad suum tract. de benefico part. 2. cap. 4. num. 1.

Episcopum licet familiarem suum triennale alias sibi non subditum conferendo, ei statim beneficium ordinare, & illi litteras dimissorias ad ordinandum a quocunque dare possit, super interstitijs tamen temporum, seu illegittimate dispensare non posse, referunt decifum Sayr. in floribus decif. sub tit. de temporibus ordin. decif. 28. & 29. Garc. d. c. 5. num. 89. Nauar. consil. 27. & 28. in antiq. alias 12. & 13. in nouis, de tempor. ordin. Cened. d. lib. 1. quest. 38. num. 31. Vgolin. d. §. 4. prope fin. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Ordo pag. 194. col. 1. Armendar. d. l. 7. de Episcopis num. 48. Aloyf. Ricc. d. resolut. 266. in fine, Alzed. d. c. 5. num. 37. Bonacin. de suspensionibus omnibus in particulari, disp. 3. quest. 1. punct. 11. num. 13. Sanch. in opusc. moralibus lib. 7. c. 1. dub. 27. num. 3. Marchin. d. c. 9. num. 11. & 12. & tract. 1. p. 7. c. 4. Piafec. in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 15. vers. sublimitari, vbi etiam dicit quod quando familiari iam ordinato collatum est statim beneficium, poterit postea Episcopus quoad interstitia dispensare, quia ratione beneficij collati illi iam est subditus, quod etiam refert decifum Armendar. d. l. 7. de Episcopis num. 50. & sentit Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 9. cap. 9. num. 3. & 4. vbi num. 6. dicit quod vbiunque Antistes potest suam familiarem ordinare, potest etiam litteras dimissorias eidem concedere, vt ab alio suscipiat Ordines.

*Abbates exempti, etiam nullius diœcesis, nulli seculari, aut Regulari sibi non subdito dent dimissorias, nec quacunque Capitula, etiam cathedralium Ecclesiarum.*

C A P V T X.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.  
2 Abbatibus quantuncunque exemptis etiam nullius diœcesis non licet ordines cuiquam conferre minores, qui Regularis subditus sibi non sit.

- 3 Nouitij Ordines minores suscipere non possunt a suis superioribus Abbatibus Regularibus.  
4 Dispensare in interstitijs licet Abbatibus in omni casu, quo primam Tonsuram, & minores ordines suis subditis Regularibus conferre possunt.  
5 Abbas